quam dicto utrobique approbatum est arbitrium et receptum. Ut autem | super bonis, que in questione fuerant, certitudo plenior habeatur, distinctionem terminorum, quam in antiquis scriptis invenimus, huic scripto duximus inserendam.[4] Situs autem illorum iste est, ubi torrens Bethscowa versus aquilonem | decurrit in Milde fluvium et ultra Bethscowam quantum ad usus piscinarum sufficit, tendens supra, ubi iactus est cumulus iuxta cuiusdam fontis rivulum in Bethscowam labentis, inde tendit a cumulo in cumulum | usque in vallem Zmolidol, que Teutonice dicitur Harzdal, per quam rivulus tenuis labitur usque in predictum Milde fluvium. Verum ne quis in posterum de sopita controversia redivivam litem suscitet, adhibitis testibus | subscriptis cum appensione nostrorum sigillorum presentem manuscriptionem sub anathemate roboramus. Huius rei testes sunt: Theodericus abbas de Liuonia[5], Albertus prepositus de Rizowe, Waltherus prepositus de sancta Cruce, | Marcolphus, Heinricus capellani episcopi Hildensheimensis, Wilhelmus parrochianus de Strele, Berwardus plebanus de Hagen et alii plures de ordine cleri, laici autem Heinricus prefectus de Donin, Albertus prefectus | de Aldenburg, Meinherus prefectus de Misna, Albertus prefectus de Dewin, Wolfuinus prefectus de Cice, Theodericus prefectus de Kircberg, Theodericus iunior de Kappellendorpf, Sifridus prefectus de Lizenic, | Hermannus de Sconenburg, W̊lferus de Pesna, Arnoldvs de Zbore, Rudegerus Borke, Rudolfus de Repin, Godefridvs de Owelebe et alii quam plures. Acta sunt hec omnia in Misna anno | ab incarnatione domini millesimo ducentesimo vicesimo quarto, indictione undecima, IIII° kalendas decembris, sub abbate Ludegero; feliciter amen.[6]

(SP. 1) (SP. 2) (SP. 3)

78.

Landgraf Ludwig (IV.) von Thüringen beurkundet, daß der zwischen dem Kloster Altzelle und den Rittern von Nossen über den Grenzverlauf des Klostergebietes und einen Wald geführte Streit zugunsten des Klosters entschieden worden ist.

1224 November 28, Meißen

Original: Dresden, SächsHStA, OU. 262 (A) — Provenienz: Altzelle, Zisterzienserkloster — Pergament: 37,1–37,3 cm breit, 38,7–39,1 cm hoch, Plica 3,6 cm — Besieglung: SP. Landgraf Ludwigs (IV.) von Thüringen, Typar 2, an roten Seidenfäden; rund, Durchmesser ca. 7,6–7,7 cm (Posse, SW I, S. 17 und Taf. XII/3 [Siegel von A]; Küch, Zur Geschichte des Siegelschnitts, S. 16, Abb. 44; Franke, Siegel, S. 362 f., Nr. 30; Hebig, S. 211, Abb. 73 [Siegel von A]).

Edition: CDS I/A, Bd. 3, S. 236 f., Nr. 333 aus A.

Regest: Beyer, Altzelle, S. 534, Nr. 66 — Dobenecker, Reg. hist. Thuringiae II, S. 388, Nr. 2167 — Schieckel, Reg. Dresden I, S. 106, Nr. 313.

4) *Zum Folgenden vgl. ebd., Nr. 7, 15 und 16.*
5) *Abt Dietrich von Dünamünde, vgl. zu ihm Kunde, Zisterzienserkloster Pforte, S. 243–245.*
6) *Die Indiktion ist hier um zwei Einheiten zu niedrig (11 statt 13) angesetzt worden.*